



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Fides.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

330 FIDEI IVSSOR. FIDES.

Peccat mortaliter, qui non audit missam  
in die festo, vel non attente. num. 17. Sed de  
his vide. tit. Missa. I V.

Oblatio inter missarum solemnia in die  
festo quando sit de pracepto. vide, Oblatio.

FIDEI IVSSOR, potest recipere ali-  
quid pro fidei iussione cessante fraude. cap.  
17. num. 283. lit. A. in Nou. num. 284.

Non tenetur soluere ante excussum  
principalis. num. 267.

F I D E S.

A OMNES Christiani adulti tenentur su-  
o peccato mortali credere explicitè artic-  
ulos fidei, maximè quos Ecclesia Catholi-  
ca Romana solemniter celebrat: qui que co-  
tinetur in symbolo Apostolico. Reliqua au-  
tem omnia quæ credit eadem Ecclesia Ca-  
tholica, tenentur credere saltem implicitè;  
hoc est, credere in genere esse vera. Prel.  
num. 10. No. num. 15. & cap. 11. num. 18. &  
in No. num. 22. §. 5. & 6.

B Olim ante aduentum Christi redemptoris  
nostrí satis erat credere vnum Deum remu-  
neratorem bonorum, & punitorem malorum.  
Sed post promulgationem Euangeli⁹ noa  
satis est credere hoc, quamvis in genere, &  
implicitè credat quicquid credit Sancta  
mater Ecclesia. Vnde peccat mortaliter, quæ  
negligit.



negligit scire explicitè & in particulari vnū  
Deum creatorē & gubernatorem mundi,  
unicum in essentia & trinum in personis, &  
qui negligit scire fidem incarnationis Iesu  
Christi.

Imo peccat mort. qui ignorat articulos fi- C  
dei contentos in Symbolo Apostolorum,  
quos solennizat Ecclesia. cap. 11. num. 18. &c  
in No. num. 22. §. 5. & 6.

Ignorantia autem cæterorum articulo-  
rum qui neque ab Ecclesia celebrantur, ne-  
que in Symbolo continentur, non est mor-  
talis, dummodò Christianus saltem impli-  
cite & in genere credat, quicquid credit Ec-  
clesia Romana. ibid. §. 6.

Qui vero adulterus non ediscit vel scit me-  
moniter Symbolum Apostolicum, & ora-  
tionem Dominicam, peccat peccatum ve-  
niale graue. ibid. §. 7.

Ignorantia, & rudis simplicitas ferè sem- E  
per excusat à nota hæreseos, & à censura(liti-  
cet non semper à peccato ) eos qui in diui-  
nis personis credunt aliquam antiquiorem  
prioritatem, aut aliquid corporeum, vel hu-  
manum. ibidem. §. 8.

Peccat mortaliter fidelis, qui id quod  
redit de sacro Euangelio, peruersè intel-  
ligit, aut contra sensum ab Ecclesia de-  
finitum, vel ignorat aliquid tale quod  
explicitè

332 F I D E S . F I L I V S .

explicitè credere tenetur.num.12.§.1.

De eo qui credit contrarium fidei, aut dubitat.vide tit.Hæreticus.

F Peccat mortaliter laicus, qui disputat de fide, sciens id esse laicis prohibitum sub ex-communicationis pena. cap. 11. num.25. Nou.num.27. secus si ignorans ius id facit maximè gratia exercitij.ibidem.additum in Nouo.

An peccat qui mentitur in materia fidei: vide tit. Mendacium.

F I L I V S .

A HOnor à filiis debitus parentibus, confi-  
stit in amando, obediendo, & honoran-  
do.cap.14.num.4.

Peccat mort. filius qui odit grauter parentes, vel graue damnum eis desiderat: vel quamuis amet, nunquam tamen, vel raro illis signa amoris ostendit.num.11. filius po-  
test obligari sub mortali. præcepto patris.  
nu.2. vnde peccat mort. qui non obedit pa-  
rentibus in rebus pertinentibus ad guber-  
nationem domûs, vel in his, quæ pertinent  
ad bonos mores, vt fugere noxios amicos,  
&c.num.12.

Peccat mort. filius qui etiam leuiter per-  
cutit parentes, vel contumeliosis verbis af-  
ficit,